

lonergan dvi th 12

de scientia beata Christi loquimur.

Quare, non ita intelligenda est thesis quasi assereret Christum  
his in terris omnia gaudia vitae aeternae iam possedisse (cf. Io 7, 39)

Quam dicimus triplicem: naturaliter acquisitam, infusam, et beatam.

Qualis sit scientia humana naturaliter acquisita, omnes modo confuso ex propria experientia cognoscunt

Sensus theseos.

Verbum caro factum neque divinam naturam deposuit neque, per consequens, illam divinam scientiam quae realiter cum divina natura identificatur. Qualis vero sit haec divina scientia, in tractatu, De Deo Uno, exponitur solet. Breviter, Deus se ipsum secundum totam suam cognoscibilitatem immediate (non mediantibus creaturis, per ipsam divinam essentiam) comprehendit; sed comprehensa divina essentia, eo ipso comprehenditur divina potentia; et comprehensa divina potentia, eo ipso penitus cognoscuntur quaecumque sunt possibilis (scientia simplicis intelligentiae); denique, adiecta divina voluntate, penitus cognoscuntur omnia actualia, praeterita, praesentia, futura (scientia visionis). Cf. Sum. theol., I, q. 14.

Quam divinam scientiam Christus his in terris degens, non qua homo, sed qua Deus habuit. Sicut enim ipse erat Deus, ita ipse qua Deus cognovit. Praeterea, cum fieri non possit ut quis secundum hanc scientiam vel quidquam ignoret vel scientia proficiat, de divina Christi scientia non agitur vel apud Mc 13, 32 vel apud Lc 2, 52, nisi forte haec loca praeter sensum obvium exponantur.

Qua in re dupliciter erratur: vel cum Arianis qui ex ignorantia diei iudicii et ex proficiente sapientia concluderunt Filium non esse Patri consubstantialem; vel cum Nestorianis qui duos distinxerunt, alium qui omnia modo divino cognoscit, et alium qui ignoravit et sapientia profecit. Contra quos errores praecipue disputaverunt Patres.

Sed praeter hanc divinam scientiam, etiam aliam et humanam habuit Christus ~~quae homo~~ eamque qua homo his in terris degens. ~~Qualis vero fuerit haec humana Christi scientia, ante dicti non potest quam quis didicerit qualis in genere sit cognitio humana.~~

Sensus thesios

In quantum thesis in Christo distinguit scientiam divinam et  
humanam